



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Quæ Meditationes magis conducant in Octiduana Recollectione, ad  
executionem bonorum propositorum, & in quo est situs fructus  
Exercitorum Spiritualium. Cap. XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

offendas alios, non curans interim stulte Deum causa illorum offendere, & quidem illum Deum, à quo tot bona natura & gratia acceperisti, & plura adhuc accipere potes, & qui te iudicabit severissime, ob illos humanos respectus, & auerionem ab exacto studio virtutum, & vita sancta exercitationibus, & ob socordiam & negligentiam in serio profectu virtutum, longè minore quam fuerit hacenpsis profectus tuus in studiis, vel in aliarum rerum acquisitâ notitia, aut in diligentia & expeditione aliorum negotiorum humanorum, & occupationum non spiritualium.

160. Praeuides itaque futuras persecutiones, quas, teste Apostolo, omnes pie vivere volentes pati necesse est, infige cordi tuo profundè, nuncquam delendum illud monitum, quod quidam Sanctorum dedit Sancto Ioanni Climaco, ab eo relatum: *Affige in anima ligno (quam crucem dicimus) incedum, videlicet mentem, & per alteros malorum iactu & crepitus, percussa ludibriis & maledictis irrisionebus lacessita, iniuria affecta, infraicta & in nullo leja seu dissoluta perseverans, tota leni & plena immobiliq[ue] persistat. Irrisiones horum singulis ut aquam viuam bibet.* Nam si viuimus in nequitia, inquit S. Chrysostomus, licet sit nemo qui detrahatur, omnium miserrimi sumus: Si vero virtutem exerceamus, licet totus terrarum orbis maledicat, tunc sumus omnium beatissimi, & omnes saluari volentes attrahemus. Non enim improborum detractionem, sed vita virtutem intuebuntur. Etenim omni tuba clarius est per opera demonstratio. & ipsa luce mundior est. & illustrior vita puritas, licet innumeris sint calumniantes &c. siue vero fuerint & aliqui calumniantes, ne turbetis idecirco, neque quid te palam afficiant contumeliam, respicias, sed eorum discute conscientiam, & eos inuenies te plausibus prosequentes & admiratione. Aspice quomodo Nabuchodonosor paucos laudat, licet inimicus eset & hostis; sed postquam vidit generosè flantes, predicit & coronat, propter nil aliud quidem, nisi quia sepe contempserant, & Dei legem audierunt. Diabolus enim cum se viderit nihil expedientem, mox desistit, veritus, ne nobis maiorum causa coronarum efficiatur. Quid si & homines decipiuntur, a Deo laudem habebit, & maiorem admirationem. Ne doleas itaque, nec concidas animo, quoniam & Apostoli, his quidem erant odor mortis, his autem odor vita. Fulgeas igitur vita, nec calumniantum vilam geras curam. Ad hoc iuuabit te illa praemonito data à Sanctissimâ Virgine Maria S. Brigittæ de dæmons suggestu tibi, volunti vivere melius quam anteā vixeris: Deridebere ab omnibus, si te nimis humiliabis & submittes.

1.4. Rec. 21. Denique in adversitatibus & contradictionibus habebitis consolatorem, protectorem, & remuneratorem. Denm, sicut promisit Spiritus sanctus, per David: *Ab condico eis in afflictione vulnera Dei, à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.* Putas, inquit S. Augustinus, est quisquam ita felix in hoc mundo, ut cum cœperit audire opprobria hominum à

Psal. 30. 21. conc. 3. in Psal. 30.

quibus audit opprobria, intret in vultum Dei cum conscientia suâ: intrat plane sed si habeat cum quo inret id est si non sit onerosa ipsa conscientia, si non ipsi faciat sarcinam grandem ad angustiam ianuam. Ego dominus eius, & erit dominus tuus: habitet in te, & tu habebis in eo. Si eum exceperis in hoc seculo in corde tuo, ille post hoc seculum excipiet in vultu suo &c. Sed interim cum peregrinantur in hoc seculo, qui multas patientur linguis contradictientes, qui tibi serviantur, quid ei facias? Proteges eos in tabernaculo tuo. Quod est tabernaculum? Ecclesia huius temporis: tabernaculum id est dicitur, quia ait hic in terra peregrinatur. Tabernaculum enim habitaculum est militum in expeditione positorum. Pugna in expeditione peregrinari, ut salutis satius in tabernaculo, gloriose reciparis in domum. Erit enim in calo domus tua aeterna, si modo penè in hoc tabernaculo vixeris. Ergo in hoc tabernaculo proteges eos à contradictione linguarum. Sed quamvis non protegeret, parum refert. Nam, ut idem conc. 1. in monet alibi, Si amatores seculii non curant reprobationes veraces, ut sint formosi fallaces; nos in his rebus, in quibus placemus Sapientia Dei, non debemus curare irrisores iniustos, non habentes oculos, unde videat, quod amamus. Hos vehementer damnat in Religiosis coram S. Catharina Senensi Deus Pater, c. 1. dicitur his verbis: Ipsi facti sunt arma diaboli, & cum satore suo veneno corrumpunt inimicos & extra. Ipsi promiscunt ordinem obseruare, sed in facto, miserabil modo transgrediuntur ordinem, scilicet veluti lupi rapaces insurgunt & persequuntur bonos & humiles, qui ordinem (hoc est regulas) conantur obseruare, faciendo super eos trufas atque derisiones, existimantes ex his derisionibus, quibus obseruatorum Ordinis ita persequuntur, suam propriam cooperitissime miseram vitam, sed ex hoc aperitus ipsi patefactunt illam, & id est tot inconvenientia in sanctis Religionibus occurunt.

#### CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Ad executionem honorum propositorum, quæ Meditationes conducunt in Octodua Recollectione, & in quo situs sit fructus Exercitiorum, & omnium meditationum aliarum.

P

Roderit plurimum ad stabilita bona proposita (circa res difficiliores) que in hac Collectione facies, extra tempora Meditationum, sedendo vel ambulando in cubiculo, roborare ea consideratione suaui Mortuorum, quæ S. Peter attulit in modo posteriori bene eligendi in secunda hebdomada.

In Meditatione Fundamenti & finis, item de Regno Christi, & de duabus vexillis, & de tribus hominum classibus, oportet bene se fundare, & intimè menti imprimere ea, quæ S. P. N. Ignatius in illis expressit. Sunt enim (ut ita dicam) essentiales Meditationes, à quarum profunda penetratione pendet fructus Collectio-

nis,

nis, ut & à Meditationibus de illis Christi patientis mysteriis, quæ tractant de Christo illatis iniuriis per falsas accusationes, per ludibriæ, per eius contemptum, per eius condemnationem, & omnimodam malam tractationem, præser-  
tim à Superioribus & Magistratibus & Prince-  
pibus populi. Per hanc enim exempla benè per-  
nata, dulcescent ex cruce, contemptus, ac-  
culationes, condemnations, & his similiæ ob-  
que imperfeciæ amara videtur præsens vita.

163. **Fructus Exercitiorum omnium,** ut & quotidianarum meditationum præcipius, in his re-  
bus consistit; partim faciendis, partim vitandis;  
iuxta illud Psalmi: *Declina à malo, & fac bonum.*

I. Nunquam deinceps deliberatè peccare.

II. Rarò peccare etiam inde liberatè.

III. Nunquam peccare in rebus ad diuinum  
culturum immediatum spectantibus.

IV. Nunquam incidere in peccata partia pe-  
riculosa; per quæ facilis est progeslio ad gra-  
uiores lapsus. Talia sunt negligentia in cogita-  
tionibus impiorum repellendis, aspectus feminin-  
rum, imaginum turpium.

V. Nullam regulam, si religiosus es, trans-  
gredi.

VI. De rebus spiritualibus, vel saltem religio-  
so ore dignis, semper colloqui.

VII. Fugere conuersationem cum iis, qui  
sunt causa vivendi laxiùs. Hæc tamen fuga de-  
bet esse prudens & non furiosa, nec manife-  
stum contemptum alterius præferens; sed  
dextrè declinandi sunt tales; adhibito etiam Su-  
perioris auxilio, si aliter non poteris te à talibus  
te prensantibus extricare.

VIII. Operæ ordinaria quotidiana facere di-  
ligenter.

IX. A clamoribus & cachinnis & iocis ir-  
religiosis perpetuò cauere.

X. Conversari cum magis spiritualibus.

XI. De nulla rē conqueri.

XII. Nullius mores censurare, sed benè in-  
terpretari omnia.

XIII. Omnia, quæ Superior iniungit, sine villa  
excusatione exequi.

XIV. Nullum officium vel gradum eligere  
aut optare, sed prout sancta obedientia dispon-  
net.

XV. Non quætere speciosa & promotiones  
ad altiora.

XVI. Post Communionem diu, saltem per  
medianam horam, cum Christo Domino collo-  
qui, & postea spirituali lectioni saltem per ho-  
ram vacare.

XVII. Extra lectionem vel studium interce-  
dencia interualla temporis expendere in cogita-  
tione de Deo & piis affectibus.

XVIII. Opera singula Deo offerre, & proœcu-  
rare, ut omnia quæ facis, sint meritoria, idque  
non ob tuum commodum spirituale, sed ob  
Dei gustum & gloriam.

XIX. Amare, & oprire, & pati, omnes ad-  
uersitates patienter, libenter, hilariter.

XX. Dare operam, ut opera tua correspon-  
deant cognitioni quam tibi Deus dabit de mo-  
do illa peragendi.

XXI. Sæpè renouare memoriam rerum æ-  
ternarum, ut ad illas omnia tua dirigas, non ad  
humanos applausus vel gratiam hominum.

XXII. Ita saltem curare progressum in virtu-  
tibus, sicut curas alia tuo corpori necessaria.

XXIII. Semper niti ad perfectiora & Deo  
magis grata, & amori proprio magis insipida.

XXIV. Ob humanos respectus nil mali fa-  
cere, nil boni omittere.

XXV. Sæpe se reflectere in operibus, ut sin-  
gula sic facias, quo modo eadem facetet aliquis  
sanctus cui afficeris.

*Altera pars fructuum ex meditationibus  
decerpendorum sita est in hoc, ut se-  
quentes defectus Religiorum, spiritu  
religioso destitutorum videntur.*

I. **Q**uarere occupationes honorificas.

II. Quarerem mansioñem in locis co-  
modis, viribus & cubiculis talibus.

III. Velle sua munia obire in locis honorifi-  
cis & frequentibus.

IV. Detrectare occupationes minus honori-  
ficas, & loca incelebria & minus commoda.

V. Gradus altos expetere, & affligi si eos nō  
assequaris.

VI. Prensare eorum domesticorum gratiam,  
à quibus promoueri possis ad honorifica &  
defendi.

VII. Conuersari cum talibus; eundem ob-  
finem occulte intentum, vel saltem apprehen-  
sum.

VIII. Fugere conuersationem cum personis  
minus speciosis & vilibus, & deuotis, ac spiri-  
tualiter viuentibus.

IX. Conuersari libenter cum personis mi-  
nus spiritualibus, sed iuxta mundanum iudi-  
cium celebribus, & honoratis, & potentibus,  
idque ob humanum aliquem finem.

X. Visitare frequenter eos, à quibus pro-  
moueri possis, & quidem hoc sine, ut promo-  
uearis.

XI. In non necessariis confabulationibus  
tempus extrahere, præsertim cum iis, quorum  
fauor prodeste potest, ad aliqua iudicio mundi  
speciosa.

XII. Quærere patronos ad impecrandum op-  
tata, non necessaria.

XIII. Conqueri de Superiorum Ordinatio-  
nibus circa se & circa suos amicos, non ad suū  
gustum factis.

XIV. Commodityra omnia in vietu, vestitu,  
habitatione quærere, & labores subterfugere.

XV. Fre-

XV. Frequenter è domo exire sine necessitate, tantum ad vitandum tedium, & laborem occupationum bonarum.

XVI. In recreationibus nil spirituale profet, re, sed locis, & clamoribus, & cachinnis, etiam per Echonicos Philosophos damnatis, eas inquireat.

XVII. Recreationes querere nimias, idque non ob veram necessitatem, sed ob sensualitatem, & inclinationem ad otium & ad fugam laborum.

XVIII. Somno plus quam sit opus indulgers.

XIX. Tempus male expendere.

XX. Carpere vel irritare alios.

XXI. Alienę dicta vel facta, vel intentiones censurare, & sinistrè interpretari, mente & voce illis detrahere.

XXII. Contendere cum aliis.

XXIII. Exprobare alteri aliquid contra se dictum alibi, vel fictum.

#### CAPUT DECIMVM QVARTVM.

*Qua in re transgendum tempus illud quod intercedit inter horas Meditationis, tēpore Octiduana Recollectionis.*

**Q**ueres, quomodo tempus transigendum est (tempore Exercitorum) quod intercedit inter horas 4. Meditationum diutinarum?

164. **R**espondeo. Ultimo quadrante horæ ante inchoandam Meditationem, præparanda sunt Puncta meditationis. Absoluta Meditatione, iuxta quintam Additionem, dispiciendum quomodo succederent Meditationes &c. quod brevior tempore quam 4. horæ parte fieri potest & solet ab iis, qui non sunt tirones. Hac re peracta, annotandas sunt scriptio (iuxta S. Xaverij consilium) practicæ quædam veritates in Meditatione perceperæ, per quas te sensisti impelli ad fugam aliquius defectus, vel ad melius operandum. Ut autem notes nuda proposta v. g. hoc modo: Seruabo silentium: Non otabor labor inutilis est: quis enim dubitat, etiam imperfectorissimos quoque habere voluntatem hæc vitandi. Et talium rerum postea lectio non excitat hominem ad fugam vitiorum, & exercitum virtutum, ut facit Lectio lumen seu veritatum diuinitatis in Meditatione immixtum, per quæ te sensisti accendi. Tales veritates & lumina leguntur annotata à P. Fabro in eius libro M.S. & in vita eius; & à P. Balthazarre Alvarez in cuius vita edita à P. Ludouico de Ponte pag. 18. 23. 28. 31. 34. 62. 71. fin. 72. fin. 83. 168. 280. 288. 295. 456. 460. 461. Postò pro nostræ Societatis personis addo, ut hac scriptio finita, ante omnia accuratissime legatur liber Exercitorum S.P.N. Ignatij lens, cum quadam singulorum verborum pon-

deratione, & reflexione. In singulis enim verbis est (vt ita dicam) mysterium: singula Exercitorum verba sunt tanquam piper, ad speciem communia &c. obtia, sed si frangas & veluti masticas più ponderatione, uppeditant magnâ acrimoniam, & igneum quandam ingerunt vi-gorem, ad res in Diuino obsequio praclarè gerendas, & generosè, & sunt omnia plena magnis thesauris spiritualium doctrinam. Lectio autem libri Exercitorum sic inchoanda est & continuanda. Pridie Exercitorum legantur accurate 20. Annotationes ipso initio politæ; Item Additiones decem, quæ sunt immediate politæ ante secundam hebdomadam; Item primum Exercitum de peccatis, in quo S. Pater tradit modum occupandi tres potentias in meditando. Hæc tria pridie Exercitorum accurate legantur, & Vespere puncta Fundamenta seu Principiū de fine ob quem creati sumus, in ejus finis consideratione sex horas Meditationum soleo suadere; quia à penetratione Finis nostri, & finis proprij Societatis (pro quo duæ ultimæ horæ primæ, secundæ dici Collectionis sufficiet) maximè pender fructus Exercitorum, vi & à Meditationibus de Regno Christi, de duabus Vexillis, & de tribus hominum classibus.

Primo die Exercitorum, & diebus sequentibus manè, lege Regulas ad motus animæ discernendos, & posteā alias ad pleniorē spirituum discretionem. Sed ita eas lege, ut quodammodo memoria retineas singularum summam. Nam innumeræ occasions accidunt, in quibus scrupulis perturbantur nostri multi, præfertim iuvenes, quia non habent menti & memorie impressas doctrinas in Regulis illis traditas.

Post benè ponderatas has Regulas, lege alias de Scrupulis, tum illas de vietū rectè temperando, tum totum discursum S. Patris de Electione & reformatione statuum in secunda hebdomada. His perfectis, relege ea quæ tradit de Examiniis, Confessione &c. in prima hebdomadā: Et sic deinceps. Ex hac lectio duplex erit utilitas: Primo, tua propria, quia inde dices, quomodo dæmonis tentationibus resistere debetas, & alios iuare. Secundo, acquires notitiam Exercitorum necessariam ad ea suo tempore aliis tradenda. Siquidem hac in re nos voluit S.P. Noster esse peritissimos 4. pat. Confit. c. 8. §. 5. His perfectis, lege cum aliquâ reflexione Regulas tuas proprias, scilicet Scholarum, si studes, vel Professoris, si doceas &c. & proponere vitare vitanda, & facere facienda, non omittere omissa antea.

Quod si senties tedium aliquod in continuatione huius lectioñis, interseire lectioñem Thomæ de Kempis de imitatione Christi, & in eâ illa capita felice, quæ scrupulam ad excitandum contemptum tui, & mundi, & iudiciorum humatorum, & amorem crucis.

Legi etiam potest aliqua nostrorum Sanctorum